



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt I. Gregorius Candido Episcopo (a) de Urbe veteri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)



## TITULUS VI.

De Clerico ægrotante, vel debilitato.

## CAPVT I.

Gregorius Candido Episcopo (a) de Urbe Veteri.

CUM percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc judicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatio afflictio, ne nos culpx, quod absit, offensa respiciat. Et quia præsentium lator Calumniosus pro hac percussione, quam sustinet, consueta sibi commoda ab Ecclesia nostra assent negari; idcirco fraternitatem tuam præsentibus hortamur epistolis, quatenus nihil eum ad percipienda quæ consueta sunt, hæc ægritudo debeat impedire: quia diversis in Ecclesia militibus, varia, sicut nosti, sæpe contingit infirmitas. Et si hoc fuerint exemplo deterriti, nullus de cætero, qui Ecclesia militet, poterit inventari: sed secundum locieus ordinem quæque ei, si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quæ Ecclesia potest accedere, fraternitas tua divini contemplatione judicij ægrotanti præbere non desinat: quatenus in hujus rei administratione ad eleemosynam potius videaris, quæ sunt consueta, exsolendo convertere.

## NOTÆ.

(a) *D'E Urbe Veteri.*] Ita restituò epigraphen, & litteram hujus textus ex registro epigraphorum D. Gregorii, ubi ab. 2. indicit. 10, ap. 5. reperitur hic textus. Urbs Veter, hodie dicta Orvieto, civitas est Etruscorum, ita dicta, quia veterani militibus & emeritis Romanis latissimum communodium domicilium præstabat: præalto insidet collis, distat ab urbe mill. 60. à Perusio 30. à Tiberi fluvio 3. Habet Ecclesiastim Cathedram D. Constantino dicatam, cuius Episcopo Candido dicto missa est præsens epistola, quæ etiam reperitur in prima collectione, sub hoc titulo cap. 1. & apud Gratianum in cap. ciempercussio 17. q. 2. De situ & origine ipsius civitatis plura congerit Vghellius, tom. 1. Ital. sacra, fol. 382.

bosa & Garanna, idem Barbola lib. 3. iur. Eccles. cap. 10. Soloranzus de juribus honorariis num. 228. Vgolinus de irregularibus cap. 65. §. 2. num. 2. Gibalinus eod. tract. cap. 2. p. 3. in fine.

Sed pro dubitandi ratione ita in præsentem

assertionem infugo: Proventus, fructusque beneficiorum præstantur propter officium, ministerium ve in Ecclesia impealsum, cap. final. derecript. in 6.

notavi in cap. cum secundum, de præbend. Sed be-

neficiarii ægroti non deserunt Ecclesiæ, sed eo-

rum coadjutores, ut sequenti commentario di-

cemus. Igitur fructus, seu proventus beneficiorum per-

cipere non debent, juxta Glossam in l. quævis,

verbo Deneganda ff. de danno infelio, ibi: Qui non

laborat, non manducet; quam sequuntur Baldus in

cap. 1. num. 2. de iustis, Cephalus lib. 1. consil. 70.

Surdus consil. 42. Facit Calliodorus lib. 5. epib. 36.

ubi de quadam milite, qui ob adversam valetudinem

est in castris mittebatur, ait: Oitum tibi non iugno-

rabile (lego non ignobile) presenti iussione largimur,

quia non est ignava culpa, quem excusat miseran-

da calamitas. Sed sicut tibi remissam vitam con-

cedimus; quia non est aquum, si cum de tua cognos-

caria idonea, rem laborantium aciperè debes oso-

sus. Undecim clericorum coadjutorum deetur,

ex juribus sequentibus; & ipse coadjutor, quia

altari servit, de altari vivere debet, iniquum

erit, ut ipse propriis stipendiis militet; qui au-

tent non delerit, fructus percipiat, cum su-

ficiat illi retinere titulum beneficiorum cum iuri-

bus honorariis, ut honorarii jure civili reti-

nebant, l. decurionibus 5. C. de silent. lib. 12. ibi:

Honore curia sine aliqua functione latentur,

munstatque gaudio plenâ dignitatis letitia pô-

tiamur, ut dignitatem solam habeant ex Senatu.

Novel.

## COMMENTARIUM.

*Conclusio* 2. *E*x hac Divi Gregorii epistola præsens com-  
muniter deducitur disputanda assertio: Cle-  
ricus beneficiorum agrotus integrè percipit fructus  
sui beneficiorum. Quæ assertio probari potest ex cap.  
communiter, 33. dist. cap. præcepta, 55. dist. cap. 1.  
2. 3. & 4. 7. q. ult. cap. si quis Abbas 18. q. 2.  
cap. significatum II. de præbend. cap. in nullo 18.  
q. 2. cap. 1. de clericis non resid. lib. 6. cap. grandi, de  
suppedia neglig. cod. lib. cap. Gonfaldus 17. q. 2.  
cap. relatio 21. q. 2. cap. ex transmissa, de concess.  
præbend. in 2. collect. cap. cum inter, de elect. cap.  
laeti, de censibus, cap. I. 82. dist. cap. venerabilis  
de officiis, deleg. cap. is cui, de elect. lib. 6. cap. 1. 82.  
dist. Illustrant ultra congestos in præsentis à Bar-

211. 147

Novel. 7. Iustin. ibi : Ut nihil aliud nisi purum honorem, iis quibus præbebatur, conferret; juncis traditis à Cujacio in l. ult. C. de primicerio, Challaneo in catalogo gloria, consider. §. verb. Honorarii. Igitur non recte in præsenti doceretur, agrotum integrè fructus sui beneficii percipere debere.

Quæ dubitandi ratione non obstante, vera est præiens allertio, cuius rationem expressit ipse D. Gregorius in illis verbis: Non debet a nobis addi flagellatio afflito. Afflitis enim nō est danda afflictio, ne quis duplicher damno afficiatur, cap. si mulier, §. dñs, l. iure 6 ff. de jure dot. l. si pecuniam, §. ult. ff. de condicione causam, cap. licet, de censibus, ambulantibus, C. de fortis, l. iuv. §. cum autem, ff. ad leg. Rhodium, l. Celsus, §. 1 ff. de arbitrio faciuntque alia rationes expresse in l. cūm à maribus 7. qui pet. tut. l. profes. §. C. de appell. l. si servus, C. de evict. l. qui operas 38. ff. locati, l. 6. C. dare milit. lib. 12. l. post 40 ff. de excus. int. l. 1. C. de his qui morbo. Et tandem quia famuli ægri nobis servire intelliguntur, l. 4. §. Stichus, ff. de statutis. l. in rebus, §. possunt, ff. commodati. Idem dicendum est de fano, sed adeò aggravato, ut non possit Ecclesiæ inservire. Martinis lib. 2. resol. cap. 40.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam licet verum sit, coadjutori congrua stipendia esse assignanda, tamen nihil impedit quin dividantur fructus beneficii inter ægrotum, & ejus coadjutorem, & causa quo vobis sint congrui, & sufficientes, providebit Episcopus, ut docuit Glossa verbo Portionem, in cap. 3. hoc tit. cuius doctrinam approbat lex 18. iur. 16. partit. 1. Mas si otra enfermedad ouiese qualquier que le embargase porque no la pudiese servir, pueden poner otro, que le ayude a cumplir su oficio, è el enfermo sera prelado de ella, è el otro como vicario, è debes vivir ambos de la renta de la Iglesia; y si por avenatura aquellas rentas de la Iglesia no pudieren cumplir á ambos, ha las de tomar aquél que las tiene, è el Obispo debedar al enfermo de que pueda vivir. Nec obstat quod dicebamus de Senatoribus honorariis; nam cùm illi tantum ad honorem eligerentur, nullis assignatis stipendiis, l. decurio 41. l. annos 60. C. de Decur. lib. 1. l. omnes 9. C. de sociatis, lib. 12. nullo danno afficiebantur si illos fructus non perciperent, ex regula Scienti, l. non videtur 145. ff. de reg. jur. Contrarium procedit in præsenti causa; nam clericus ægrotus, cùm beneficium assequatur est, quoad honorem, & proventus illud obtinet: unde non debet ob adversam valetudinem fructibus ejus privari.

§. hoc circa de jure immunit. l. sed adest, 5. ult. ff. locati, l. si pecuniam, de condicione causam, dat. l. cūm baros de statutis. l. si operas 38. ff. ex quib. caus. major. idem 8. ff. ad leg. Aquil. l. 4. ff. de remiss. excusaque à mora, & pena, l. si rebenda, ff. ad leg. Rhodium, l. Celsus, §. 1 ff. de arbitrio faciuntque alia rationes expresse in l. cūm à maribus 7. qui

pet. tut. l. profes. §. C. de appell. l. si servus, C. de evict. l. qui operas 38. ff. locati, l. 6. C. dare milit. lib. 12. l. post 40 ff. de excus. int. l. 1. C. de his qui morbo. Et tandem quia famuli ægri nobis servire intelliguntur, l. 4. §. Stichus, ff. de statutis. l. in rebus, §. possunt, ff. commodati. Idem dicendum est de fano, sed adeò aggravato, ut non possit Ecclesiæ inservire. Martinis lib. 2. resol. cap. 40.

Dissolutionis difficultas.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam licet verum sit, coadjutori congrua stipendia esse assignanda, tamen nihil impedit quin dividantur fructus beneficii inter ægrotum, & ejus coadjutorem, & causa quo vobis sint congrui, & sufficientes, providebit Episcopus, ut docuit Glossa verbo Portionem, in cap. 3. hoc tit. cuius doctrinam approbat lex 18. iur. 16. partit. 1. Mas si otra enfermedad ouiese qualquier que le embargase porque no la pudiese servir, pueden poner otro, que le ayude a cumplir su oficio, è el enfermo sera prelado de ella, è el otro como vicario, è debes vivir ambos de la renta de la Iglesia; y si por avenatura aquellas rentas de la Iglesia no pudieren cumplir á ambos, ha las de tomar aquél que las tiene, è el Obispo debedar al enfermo de que pueda vivir. Nec obstat quod dicebamus de Senatoribus honorariis; nam cùm illi tantum ad honorem eligerentur, nullis assignatis stipendiis, l. decurio 41. l. annos 60. C. de Decur. lib. 1. l. omnes 9. C. de sociatis, lib. 12. nullo danno afficiebantur si illos fructus non perciperent, ex regula Scienti, l. non videtur 145. ff. de reg. jur. Contrarium procedit in præsenti causa; nam clericus ægrotus, cùm beneficium assequatur est, quoad honorem, & proventus illud obtinet: unde non debet ob adversam valetudinem fructibus ejus privari.

## CAPVT II.

### Eugenius III. (a) Papa Sazensis Episcopo.

Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate (b) palmæ à prædone abscissos esse significasti, Missam celebrare non permittimus, quia non securè, propter debilitatem; nec sine scandalo, propter morbi deformitatem id fieri posse confidimus. Ipsi autem cæteris officiis sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

#### NOTÆ.

(a) Eugenii. In hac sexta collectione non exceptiatur cui recribar Eugenius: in prima autem sub hoc tit. cap. 2. legitur, Eugenius Ieollo Archiepiscopo; sed perpetam: quare ita refutatio inscriptiōnē, prout habetur post Concilium Lateran. p. 26. cap. 15. Sazena Episcopo, Sazina, seu Saffina ponitur a Plinio in Sexta Italie regione; & sp̄sus meminit Silvius Italicus lib. 8. ibi: His Saffina diuīs luctis. Plura de ejus conditoribus, & sicut tradit Vigilius tom. 2.

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

Italia, fol. 702. Habuit Ecclesiam Cathedram jam à primis saculis. Ejus Praefuli Alberico, seu Alerico missa est præsens decisio, cuius alia partes extant in cap. 2. ne clerici vel monache, cap. 2. de Apostatis, ubi alia notabimus.

(b) Medietate palmae. Deformitatem eam vocat Imperator in l. 2. C. Theodos. de tyronibus. Hæc verba exposui in cap. 1. de corpore viuac. sub quo titulo compilandum esse textum hunc à præsenti rubrica fugitiuum voluit Cironius in fine hujus tituli.

## CAPVT

Q. 3